

1419. Kat Ybris.

Ex orig: arch: regni.


137.

Littera Secunda Martini quinti
prorogationis Induiciarum.


31

Martinus Episcopus Servus Servorum
Dei, Dilectis filijs Michaeli Kormayster
Magistro generali et fratribus Domus
hospitales ordinis Cruciferorum beatae
Mariae theutonicorum de Prussia Salutem
et apostolicam benedictionem. Injun-
ctum nos excitat apostolicae servitutis
officium, quae ad stabilimentum pa-
cis et quietis christi fidelium, et po-
tissime magnorum Potentatum Ecce-
siasticarumque personarum ex quo-
rum discordijs, atque guerris maxi-
ma possint verisimiliter resultare
non solum disceptantibus ac regnis et
partibus subditis, sed exteris nationi-
bus hominum strages etiam regnorum
eccidia, et animarum pericula incessan-
ter possint vergere paternis affectibus
prosequi, et adversantia de medio sum-
movere in quo permaxime dilectamur,
ad tranquillitatem quoque vestram, ve-
strique ordinis in agro militantis ec-
clesiae constituti ac nobis et Romanae
Ecclesiae immediate subjecti nostros diri-
gentes intuitus, ac luce clarius diño-
scentes, ex querelis gravissimis coram
nobis crebro pro parte carissimi in
Christo filij nostri Vladislai Regis
Poloniae, Illustris ac dilecti filij nobilis

Viri



Viri Wicteldi Lithuanie Ducis per
corum multiplicatas literas oratores
et nuntios ad nostram presentiam
destinatos, propositis ratione laudi
seu sententia, quam nulliter iniquè
ac scandalose contraque limites cit:
tributa potestatis, et ex arrupto
prolatae, inter ipsos et vos adha:
rentes et subditos per carissimum in
christo filium nostrum Sigismundum
Romanorum regem Illustrum Arbi:
trum asserunt, et contra illius con:
tinentia gravissima multa propo:
nunt omnibus remedijs, ut ad justitiam
et equitatis debitum reducatur, in:
stantissimè poscentes per nos senten:
tiam ipsam sic prolatae, tanquam
notariè nullam, unquam, et scandala
plurima parituram declarari ipsamq;
tanquam de facto latam sine mora
rescindi. Nos gravitatem attendentes
negotij et proiuribus fomenta malo:
rum atque guerrarum, ex quorum
effectibus, quot et quam horrenda, et
pestifera tam animarum quam cor:
porum, bonorum ac rerum excidia
prodeant, quod dolenter referimus,
est compertum, intendentes De me:
dio summovere treugam inducias,
et sufferentias, inter nos et ipsos

vigentes


vigentes fini ferme conterminas. Ad
omnipotentis Dei laudem, pacem, ac
salutem illorum, et vestras sub spe
pauis prorogantes, auctoritate aposto:
lica et ex certa scientia eadem, ut ma:
turius atque diligentius super pro:
positorum continentia, et informari, et
omnem dissensionis materiam ampu:
tare valeamus usque ad festum bea:
tae Margaritae proxime venturum,
inviolabiliter inter nos et ipsos dura:
turas, prout latius in alijs nostris, de:
super confectis literis denotatur, indi:
ximus, utraque partem ad inviola:
bilem illarum observantiam excitantes
ac volentes, ut pars utraque usque
ad festum proximum Natalis domi:
ni coram vobis, ubicunque nos esse con:
tingerit, debuerit, quicquid justifica:
tionibus intentionum voluerit pro:
duxisse. Cum nostre intentionis o:
mnino existat, ultra festum resu:
rectionis dominice inter utraque
partem, que ad pacem et salu:
tem illorum ac vestras tendere no:
verimus Regum rege, De trono sue
ineffabilis potentie inspirante
ut pax ipsa incommutabiliter
vigeat terminasse, ad que omnis
nostra paternalis vergit intentio,

cum



cum salute. Ea quidem devotioni
Vestra intimare decrevimus ad pre-
sentiam gerendorum. Datum Floren-
tia, Kalendas Septembris. Pontifi-
catus nostri Anno Tertio.

Id. Ja. de Arumno:.

Dilectis filiis Michali
Kosmaister Magistro
generali, et fratribus
Domus hospitalis ordinis
Cruciferorum beate ma-
ria theutonicorum de
Prussia. 1419.

Ta kopia przepisana
z oryginalu pergaminno-
wego dnia Dziewięte-
go miesiąca Lipca, roku
panskiego 1783go, w
dotu wisi pieczęć na fru-
teczku kreconym koropnym
otowiana z napisem w
te słowa: Martinus
Papa quintus. S